



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Theona abbate. Cap[itulum]. xcix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse augusti occurrētibus Folio, cc.

De sancto zacheo episcopo hie
rosolymorum. Cap. xvi



Zache⁹ epi

scopus quartus a beato iacobo hie rosolymorum ec

clesiam clarissime rerit. Nam ut ait eusebi⁹. iiii. libro cap. v. Hierosolymis epi. xv. fuerunt vsq; ad tempora adriani im

peratoris omnes et hebreis christianis assumpti: verum iudeis a romanis dispersis episcopi et circuncisione eligi ceperunt. Horum autem primus fuit iacobus frater domini: secundus symeon: tertius iustus: quartus zacheus: quintus tobias: sextus beniamin: septim⁹ iohānes: octauus mattheus: nonus philippus: decimus seneca: undecimus leui: duodecimus iustus: decimustertius effrem: decimusquartus ioseph: decimusquintus iudas. Hec eusebius. Beatus quo zacheus in omni sanctitate commissum sibi gregē exemplis ac doctrinis reficiens: quiescit in pace. x. kalendas septembris.

De sancto zacheo episcopo An
tiocheno Cap. xvii.



Zache⁹ epi

scopus antioche⁹ prim⁹ post petrus apostolum constitutus fuit. De quo in itinera

rio clementis dicitur q̄ cum petrus in disputatione quam habuit cum simone mago viceroriam obtinisset: simonq; romam a facie petri fugisset. Petrus post eum pergens: zacheum sibi successorem constituit: et presbyteros ac diaconos ordinans: eisdem populum commendauit: ipsosq; de omnibus instruens perfectius profectus abiit: zacheus autem episcopus postq; ecclesiam sibi commissam feliciter gubernasset: plenus sanctitate beato sine quiescit: ibidē q; sepultus in pace.

De sancto Theona episcopo. Cap. xviii.



Theonas

episcopus alexandrinus venerabilis fuit: oiq; virtute clarus: qui beatum petrus eiusdem urbis episcopum et martyrem enurruit: cui et idē beatus petrus in episcopatu successit: prout sibi a domino per visum fuerat reuelatum. Hic ecclesiam suā ab infestatione arriana tunc vigente viriliter

defensauit: qui et virtutibus laudabilibus preclarus in pace quiescit. x. kalen. septēbris. Alexandria quoq; tumularus facit.

De sancto Theona abbate. Cap. xix:



Theonas abbas pa

ter fuit trium milium monachorum in heremo scythi: qui ut dicit sozomen⁹: fuit scitissimus litterarum grecarū: latinarū: et egyptiarū: qui triginta annis dicitur minime visus irasci: aut irare: aut mentiri: aut vanum vel asperum vel infirmū protulisse sermonem. Hic abbatem quendā adhuc iuuenes quotidie pammachium furantem et ecclesie manducantem: sermo de continentia facto cōuertit ad penitentiam: eoq; peccatum suum publice confitēte velut lāpas ignis de sinu eius egressa est: totamq; domū ferore compleuit. Hic etiam dicebat nihil esse tam notium monachis: q̄ cogitationes suas patribus suis spiritualibus celare. Quiescit in pace in heremo de scythi decimo kalendas septembris. Hec sozomen⁹ in hystoria tripartita.

De sanctis Donato et Restituto et socijs martyribus. Cap. c.



Donatus et

restitutus: valerianus et fructuosa: cū alijs. xii. apud ariochiā passi sunt. Qui p̄clarissimo cōfessionis honore per diuersa genera tormentorū glorioso martyrio coronati sunt. x. kalē. septēbris. Hec Ado in martylogio suo.


De sanctis Claudio Asterio et Nennone martyribus. Cap. ci.



Claudius: asterius:

et nennon apud lyciam in ciuitate egea martyriū passi sunt. Qui tempore persecutionis ab infidelibus tenti: cum christū dominū confiterentur: post acerba et diuersa supplicia cruci affixi sunt. In qua deo spiritum reddiderunt. x. kalen. septēbris. Hec Ado.

De serō Porphyrio martyre. Cap. cii.



Porphyrius marty

passus est tempore iuliani imperatoris sub antiocho p̄side in urbe roma. Hic vir dei sanctū martyre agapitū enurruit: et ad martyrium sua doctrina animauit. De quo supra dictum est. xv. kalē. septēbris: p̄pter quod ab antiocho p̄side detentus: post multa sibi illata tormenta emisit spiritū. x. kalen. septēbris.